ac omnibus eiusdem Inscriptionis Obligatoriæ Conditionibus punctis, Clausulis, articulis, Vadiis, ligamentis, ac nexibus generaliter Universis, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti pro præmissis omnibus prædictam Satisfactionem et summæ realem persolutionem quietat emittit, dimittit, liberumque et absolutum facit et perpetuo pronunciat. Inscriptionem eandem Obligatoriam in toto et totaliter Cassat, mortificat et Annihilat Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

3 | III

Feria Sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio. 1332

Miecinski Jelca. Quietat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Stanislaus Miecinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi, Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosum Joannem Jelec Vincernam Kiiovien et ipsius successores

de Summa Mille Florenorum Polonicalium seu quâ et quanta ex Inscriptione membranaria apparuerit, per eundem Generosum Jelec Pincernam Kiiouiensem Sibi Recognoscenti membrana Certa Actis praesentibus roborata ad Scribendum assecurata, nec non de eadem ipsa membrana ac eius Inscriptione Roboratoria, ob sufficientem et plenariam Sibi Recognoscenti pro praemissis omnibus praestitam Satisfactionem et Summae Suprascriptae persolutionem quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum facit et perpetuo pronuntiat, membranam eandem, cum eius Inscriptione Roboratoria in toto et totaliter cassat, mortificat et annihilat. Hac Sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Stawski Miecinskim Coniugi: 1333 bus Scriptum Roborat.

Coram Generoso Adamo Joanne Gorski Camerario Terrestri Praemysliensi in locum infrascripti Generosi Joannis a Stawo Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliensis et Vicecapitanei Castrensis Praemysliensis Subdelegato munusq hoc Subdelegationis in se bonaq Sua generaliter omnia, Ultro libere et benevole Coassumente, officioq et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparens Generosus Joannes a Stawo Stawski Pocillator Terrae Leopoliensis et Vicecapitaneus Castrensis Praemysliensis, Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusq Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum moderunm attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando

atq Sub: